ciam exigat longioris, in aliquo castrorum iurisdic-
tionis tue ~~[illegible]~~ in carcere ipsum custodiendum assignes,
usque quo ad absolutionem vel condempnacionem ipsius
possit vel debeat de iure procedi.

[13.] Item quod pro tuis vel aliquorum de familia
tua arnesiis deferendis vel equitatu earum equitaturas ali-
quas non auferas vel auferri per aliquem de tua familia
patiaris. et si forte aliquando equitatura aliqua tibi sit
necessaria vel eisdem, eam conducas vel conduci facias
et, soluto prius patrono earundem per dicte constitutio-
nis seriem loerio consueto, ducas eandem vel duci
pro tuis vel tuorum serviciis patiaris. ita tamen,
quod equitature ipse sint hominum terre vel loci, in
quo te morari contigerit; equitaturis alienigenarum,
que ibidem interfuerint pretermissis. 31) fehlt Reg.

[14.] Item quod statim in[31] ingressu tui officii per
terras et loca singula iurisdictionis tue expressa fa-
cias puplice inhiberi, ut nullus comes, baro, miles,
burgensis et quilibet alius, cuiuscumque condicionis
existat, in defensis et forestis, ad regia solatia depu-
tatis, versari vel aliquo modo venari presumat, et
quod nullus de predictis in locis quibuslibet aliis
venetur ad ingenium vel ad artes, nec aliquis eciam
venetur ad fortiam vel versetur; eo tamen comitibus,
baronibus et nobilibus aliis reservato quod in terris
eorum vel alibi, preterquam in defensis,[a] venari ad
fortiam liceat et versari. burgensibus quoque, licet

~~a) Reg.: defesis~~